

Diplomatari del Mas Can Fatjó del Molí, de Cerdanyola

Seminari permanent de Paleografia¹

Responsable i coordinador: Avel·lí André i Gabian

*Membres del Seminari: Araceli Coll, Carles Raurell, Enric Ximenis,
Ferran Manau, Isabel Lobo, Josep Climent, Laura Nomen,
Maria dels Àngels López, Miquel Domingo, Pedro Plaza, Pilar García,
Puri Fernández, Raimon Jordi, Rosa Salvadó i Tomasa Mayordomo*

Resum: L'estudi present se centra en la transcripció de la documentació de l'Arxiu Patrimonial del Mas Can Fatjó del Molí, de Cerdanyola.

Paraules clau: Mas Can Fatjó del Molí, Cerdanyola, paleografia, diplomatari.

Resumen: El presente estudio se centra en la transcripción de la documentación del Archivo Patrimonial del Mas Can Fatjó del Molí, de Cerdanyola.

Palabras clave: Mas Can Fatjó del Molí, Cerdanyola, paleografía, diplomatario.

Abstract: The present study focuses on the transcription of documents of the Hereditary Archive of Mas Can Fatjó del Molí, in Cerdanyola.

Keywords: Mas Can Fatjó del Molí, Cerdanyola, Paleography, diplomatarium.

Résumé: Cette étude porte sur la transcription de la documentation des Archives Patrimoniales du Mas Can Fatjó del Molí, à Cerdanyola.

Mots-clés: Mas Can Fatjó del Molí, Cerdanyola, paléographie, diplomataire.

1. La tasca en equip és la nostra característica més remarcable; per això, presentem en primer lloc la composició del Seminari (*seminarium* < *semen* = 'viver, planter, criador; font, niu; principi').

Volem agrair la col·laboració que des dels inicis ens ha ofert en Juanjo Cortés (fundador, per cert, del Seminari, allà pels anys 1998/99), elaborant les genealogies que acompanyen i coronen sempre les successives aportacions del Seminari permanent de Paleografia a la revista *Paratge*.

Primera dècada d'aportacions a *Paratge*. Estem de celebració! Quan el present núm. 30 de *Paratge* arribi a les teves mans, benivolgut consoci, farà exactament una dècada que el nostre Seminari permanent de Paleografia va iniciar les seves aportacions a la nostra revista. Aquella primera vegada, l'any 2007, el Seminari presentava els 20 primers documents del Diplomatari del Mas Bulló, de Santa Eugènia de Berga (Osona). Aquell era el resultat dels dos primers anys de funcionament del Seminari permanent de Paleografia (2005-2007), sota la direcció de l'actual coordinador, Avel·lí André.

Els quatre Projectes. El Projecte I, del Mas Bulló, ha estat el nostre macroprojecte, el primer i el més ambiciós, el qual va ser coronat l'any 2012, en completar-se la publicació dels seus 94 documents.

El Projecte II ha estat dedicat a l'estudi i la publicació dels 30 documents de Sant Cebrià de Valldoreix.

L'estudi i la publicació de només set documents, però de gran extensió, del Museu Arxiu de Sant Andreu de Llavaneres ha ocupat el nostre modest Projecte III.

I ara ens trobem treballant, dins del Projecte IV, la quarantena llarga de manuscrits del Mas Can Fatjó del Molí, de Cerdanyola, dels quals ja en tenim publicats els primers set pergamins, a l'últim núm. 29 de *Paratge*.

La present aportació al núm. 30 de *Paratge*. Consta d'onze nous documents, numerats del 8 al 18, del Diplomatari del Mas Can Fatjó del Molí, i són de temàtica variada: quatre corresponen a èpoques per recepció de dot o aixovar; dos tracten d'establiments, un dels quals és per confirmació o precari; un testament; un conté una època per recepció de 1.610 sous, amb els quals les parròquies de Sant Martí de Cerdanyola, Sant Iscle de les Feixes i altres parròquies del terme de Sant Marçal rescaten i liquiden un censal mort d'aquest preu.

Però el pergami més important dels onze que ara publiquem és el que figura en primer lloc, el núm. 8, no tan sols per les seves grans dimensions físiques (730 mm de llargada), sinó perquè va cosit amb uns altres dos pergamins més petits, els quals (especialment el de la presa de possessió) denoten la transcendència que, per a la nissaga Fatjó, suposava l'adquisició d'un mas històric com el de «Les Passadores», ubicat estratègicament a la zona de pas –com el seu nom indica– del Riu Major.

MANUSCRIT 8

1426, octubre, 5

Bernat Bramona, de Sant Martí de Cerdanyola, curador del mas de «Les Passadores», àlies Broquart, i dels seus béns enderrocats i indefensos, assignat per la cort del castell de Sant Marçal i pel seu batlle Bernat Gelabert, ven, en pública subhasta i per vint-i-set lliures barceloneses de tern, a Bartomeu Fatjó el mas esmentat amb totes les seves pertinences, construccions, terres i possessions, excepte una peça de terra força propera del molí de dit castell, la qual es reserva Joan de Marimon, de Barcelona, senyor directe de dit mas.

A. Original: APMCFM, doc. 8. Pergami 310 × 730 mm (Annex I i II 180 × 290). Els annexos I i II estan cosits amb el principal per la banda dreta i a la part inferior.

Estat de conservació: entre regular i acceptable.

Not. dors.: N.º 43. Bartomeu. Venda al públich subast dels mas de sas Passadoras a Bartomeu Fatjó per lo curador Bernat Bramona á 5 octubre de 1426 en poder de Jaume Milibet (sic!) notari del castell.

¹ In Dei nomine. Nouerint vniuersi quod ego, Bernardus Bramona, de manso Bramona, et ex termino sancti Marsalis, de parroquia sancti Martini de Cerdanyola, curator datus, constitutus et assignatus, per venerabilem curiam dicti castri, manso de *las Passadoras*, alias Broquart, de termino memorati castri sancti Marsalis, dicte parroquie sancti Martini de ² Cerdanyola, et bonis eiusdem, tamquam indefensis iacen-

tibus, cum auctoritate et decreto venerabilis Bernardi Gelabert, batlle prefati castri, hiis interuenientibus; gratis et ex certa sciencia, nominibus quibus supra, vendo titulo et, ex causa vendicionis, concedo vobis, Bartholomeo de Fetyo, de manso de Fatyo et de dictis termino et parrochia, et vestris et quibus volueritis, perpetuo, totum ^{/3} dictum mansum vocatum *de las Pasedoras*, alias Broquart, cum domibus ibi constructis et cum tectis et tegularis, ex abisso vsque ad celum. Et cum omnibus eius terris, honoribus et possessionibus suis, cultis et heremis, tam in montibus quam in planis, tam prope quam longe a dicto manso pertinentibus, paschuis, pratis et pasturiis et cum arboribus diuersorum generum, introitibus et exitibus, iuribus, et ^{/4} (et) pertinenciis suis, excepta, tamen, quandam peciam terre, que est satis prope molendini dicti castri sancti Marcialis, quam venerabilis Ioannes de Marimon, ciuis Barchinone et dominus alodiaris prefati mansi, se retinet. Sicut notum est, fexuriata et terminata: ab oriente, a meridie et a circio, cum honore dicti mansi *de les Passadores*; ab occidente, cum rego dicti ^{/5} molendini. Et tenetur dictus mansus simul cum dicta pecia terre per dictum venerabilem Ioannem de Marimon, ciuem Barchinonensem, ad censum sex quarteriarum ciuate, medium ordei et medium annone, vnus quarterie ordei, quinque quarteriarum et medie spelte bonarum et receptibilium, ad mensuran dicti castri sancti Marcialis, anno quolibet soluendarum, ^{/6} in festo sanctorum Petri et Felicis mensis augusti, et vnus quarterie frumenti boni, nitidi et receptibilis, ad mensuram ciuitatis Barchinone, omnibus suis iuribus anno quolibet soluende in dicto festo sanctorum Petri et Felicis mensis augusti; et duorum parum caponum bonorum et receptibilium anno quolibet soluendorum in festo Natiuitatis Marie; ^{/7} et vnus mutonis boni et nitidi anno quolibet soluendi in festo Pentecostes; et sub dominio et alodio suo. Item, eciam, recipit et recipere debet in dicto manso domini iam dicti castri sancti Marcialis, in suis temporibus, vnam iouam et vnam batudam. Et terminatur: ab oriente, cum honore Ffrancisci Caluet, partim et, partim, cum honore mansi Bustigna, ^{/8} camino mediante; a meridie, cum honore mansi Sabat, partim et, partim, cum ortis, qui ibi sunt; ab occidente, cum honore mansi Ffebrer; a circio, partim, cum honore mansi Rotger et, partim, cum honore mansi Steua. Hanc, autem, vendicionem ffacio vobis, dicto emptori, et vestris, nominibus quibus supra, et quibus velitis, perpetuo, de predictis omnibus et singulis. Sicut melius dicit potest, cogitari et intelligi, ^{/9} ad vestram vestrorumque voluntatem bonum et sanum intellectum. Extrahens predicta omnia et singula, que vobis et vestris, nominibus quibus supra, vendo et concedo, de posse, iure et dominio mei et meorum eademque omnia et singula in vestrum vestrorumque ius, dominium et posse mitto irreuocabiliter et transfero, pleno iure; inducens vos et vestros, de predictis omnibus et singulis, in plenam et corporalem posse- ^{/10} sionem, seu quasi, ad habendum, tenendum omnique tempore in sana pace perpetuo possidendum et ad faciendum inde vestre libitum voluntatis. Preterea, ex causa huius vendicionis, nominibus quibus supra, dono, concedo et mando vobis et vestris et quibus velitis perpetuo omnia bona mea, iura vocesque, acciones reales et personales, vtiles et directas siue, eciam, ordi- ^{/11} narias et extraordinarias et omnes alias quascumque michi competentes et competencia, pertinentes et pertinencia, expectantes et expectancia, pertinere debentes et debencia, in predictis omnibus et singulis, que vobis et vestris supra vendo et concedo, et contra quascumque personas et res, racione et occasione eorum. Quibus locis, iuribus, vocibus, racionibus meis predictis, possitis vos ^{/12} et vestri et quos volueritis, perpetuo vti, agere et experi, agendo, videlicet, respondendo, deffendendo, excipiendo, proponendo, repplicando, dupplicando, tripplicando, omnia alia et singula faciendo, in iudicio et extra iudicium, in curia et extra curiam, quecumque et quemadmodum ego facere poteram ante presentem vendicionem et iurium cessionem et posse nunc et etiam postea ^{/13} [quandocunque] Ego, enim, nominibus quibus supra, constituo et ordino vos et vestros in hiis dominos et procuratores, tamquam in rem vestram propriam, ad faciendas inde vestras in omnibus libere voluntates, sine contradiccione, obstaculo et impedimento mei et meorum et alterius cuiuscumque persone. Saluis, tamen, semper in predictis, censu iam dicto, iure, dominio, firma et ^{/14} factica [triginta dierum] dicti venerabilis Iohannis de Marimon et suorum. Et quod vos et vestri, in dicto manso habitatores, sitis homines proprii, solidi et affoccati dicti venerabilis Iohannis de Marimon et suorum, prout alii rustici et populati in termino prefati castri, tenentes suos mansos, sunt et esse debent

suo domino naturali. Pro precio, /¹⁵ [vero, predicti mansi ... quem supra ... vendo,] habui et recepi a vobis et confiteor me a vobis habuisse et recepisse viginti septem libras monete Barchinonensis de terno. Et, ideo, renunciando, nominibus quibus supra, excepcioni peccunie non numerate et precii iam dicti non habiti et non recepti et doli mali et accioni in factum et legi, qua deceptis sub- /¹⁶ uenitur vltra dimidium iusti precii et eciam alii iuri, rationi et consuetudini contra hec repugnantibus. Dando et concedendo vobis et vestris, donacione pura, perfecta et irreuocabili inter viuos, si quid predicta, que vobis et vestris supra vendo et concedo, plus modo valent vel a modo valebunt precio ante dicto. Pro euiccionem, autem, huius vendicionis /¹⁷ ... dampnis, missionibus et interesse, si quas vel que vos et vestri feceritis vel sustinueritis quoquo modo, pro predictis ducendis, tractandis siue, eciam, examinandis littibus siue causis, si que vobis mouerentur ab aliquo, in predictis vobis venditis vel aliqua eorum parte vel racione aut occasione eorum, obligo vobis et vestris omnia bona dicte cure, /¹⁸ mobilia et immobilia, [habita vbique et habenda] non sint pro vobis vel vestris in aliquo obligata nec, eciam, tenear, nomine meo proprio, de euiccionem predictorum vobis venditorum nec ad precii restitutionem nec ad aliquid interesse. Preterea, confiteor et recognosco vobis, dicto emptori, quod predicta, que vobis vendo, fuerunt, de mandato meo, ex- /¹⁹ posita venalia, palam et publice, per terminum dicti castri sancti Marcialis, per Guilelmum Oliuerii, cursorem publicum et iuratum dicti castri. Et, cum nullus alius emptor seu emptores ad eum accesserint, qui tantum precium obtulerint se predictis daturi et solituri; ideo, vobis, tanquam plus danti et offerenti, vendicionem predictam ffacio precio memorato. /²⁰ Ad hec, ego, Guilelmus Oliuerii, predictus cursor publicus et iuratus dicti castri, confiteor et recognosco vobis, dicto emptori, quod predicta, que vobis sunt supra vendita, fuerunt, de mandato dicti curatoris, per me palam et publice subastata, nedum per triginta dies, ut est moris in dicto termino, inmo per quadraginta et amplius. Et, ideo, /²¹ vobis ... plus ... vendicionem predictam iam prius ... Hec, igitur, omnia et singula supra dicta, prout dicta sunt superius et expressata, ffacio, dico, paciscor at promitto vobis, dicto emptori, et vestris et notario infrascripto, tanquam publice persone, pro vobis et vestris et pro personis omnibus et singulis, quorum interest et intererit, interesse /²² potest, ... recipienti et paciscenti et eciam legitime stipulanti.

Actum est hoc in termino castri sancti Marcialis, parrochie sancti Martini de Cerdanyola, quinta die octobris, anno a Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo vicesimo sexto.

S+num Bernardi Bramona, curatoris iam dicti, qui hec, /²³ nomine quo supra, laudo et firmo.

S+num Guilelmi Oliuerii, curssoris publici predicti, qui predictis concedo, laudo et firmo.

/²⁴ Testes huius rei sunt: Ffranciscus Caluet, iunior, et Petrus Fatyo, iunior, dicte parrochie sancti Martini de Cerdanyola.

/²⁵ S+num Bernardi [Gilabert, baiuli] dominis dicti castri qui huic vendicioni, auctoritate officii, quo fungor, reperte, dictorum dominorum auctoritatem meam hic impono pariter et decretum appositum per me Iacobum de Mittibe, notarium publicum et scribam curie dicti castri /²⁶ die quinta octobris, anno a Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo vicesimo sexto, presentibus pro testibus: Ffrancisco Caluet [.....] Petro Fatyo, iuniore, termini dicti castri. Et, ideo, ego, dictus notarius, hec scripsi et hic meum apposui sig(*signe*)num.

/²⁷ Jo, Johan de Marimon, dessus dit, les dites choses ferm, per raó de senyoria, saluats censos, senyoria e fàdigua de XXX dias e altres qualseuol drets de mi e dels meus em per tos temps e en totes coses.

/²⁸ Sig(*signe*)num Iacobi de Mittibe, presbiteri, notarii publici castri sancti Marcialis, curie eiusdem castri, auctoritate dominorum eiusdem, qui hec scribi fecit et clausit.

ANNEX I (Presa de possessió)

/¹ Nouerint vniuersi quod, die sabbati quinta octobris, anno a Natiuitate Domini millesimo CCCC^o vicesimo sexto, in presentia mei, Iacobi de /² Mittibe, presbiteri, notarii publici termini castri sancti Mar-

tialis auctoritate dominorum eiusdem, et in presentia etiam Ffrancisci Caluet, iunioris, /³ et Petri de Fatyo, iunioris, de termino dicti castri, testium ad hec specialiter vocatorum et assumptorum, Bernardus Bramona, de manso Bramo- /⁴ na, de termino pretacti castri, curator datus, constitutus et assignatus per venerabilem Bernardum Gilabert, baiulum memorati castri sancti Mar- /⁵ tialis, eius termini manso Broquart, alias de *ses Passadores*, de termino iam dicti castri, et eius bonis, nomine et auctoritate dicte cure, tra- /⁶ didit possessionem corporalem, seu quasi, de dicto manso et de omnibus eius honoribus et possessionibus, Bartholomeo de Fatyo, de manso de /⁷ Fatyo inferiori et de termino dicti castri emptori pretacti mansi; quam possessionem corporalem, seu quasi, tradidit illi in hunc /⁸ modum, scilicet, quod accepit clauem portarum portalis ipsius mansi et vectis earundem et misit in manu dicti Bartholomei /⁹ et aperiendo et claudendo dictum vectem et portas accepit illum per manum suam dexteram et misit illum in pretactum mansum /¹⁰ et postea dictus Bartholomeus eiecit pretactum Bernardum Bramona, curatorem, de dicto manso, et clausit et aperuit dictam portam, /¹¹ ipsum, vero, remanentem intus dictum mansum, et postea fuimus in honores et possessiones dicti mansi et accepit de terra et de erbis /¹² eorundem et misit in manu dicti Bartholomei Fatyo emptoris, in signum vere possessionis; de quibus omnibus et singulis /¹³ ita peractis, dictus Bartholomeus de Fatyo requisivit sibi ideo tradi tot quot petierit publicum fuerit publica instrumenta /¹⁴ per me, notarium supra et infrascriptum, ad memoriam rei geste.

Que fuerunt acta die, mense et anno predictis, presente me, /¹⁵ dicto et infrascripto notario et testibus supra dictis.

¹⁶ Sig(*signe*)num Iacobi de Mittibe, presbiteri, notarii publici castri sancti Martialis et eius termini auctoritate dominorum eiusdem castri, /¹⁷ qui predictis omnibus et singulis, dum ita agerentur, presens inde fuit et hec scripsit et clausit.

ANNEX II (Àpoca)

¹ Sit omnibus notum quod ego, Bernardus Bramona, de manso Bramona et de parrochia sancti Martini de Cerdanyola, termini castri sancti /² Martialis, curator datus, constitutus et assignatus per venerabilem Bernardum Gilabert, baiulum prenotati castri et eius termini, manso de *ses* /³ *Passadores*, termini dicti castri et de dicta parrochia et eius bonis, confiteor et recognosco vobis, Bartholomeo de Fatyo, de manso de Fatyo /⁴ inferiori, de dictis termino et parrochia, quod soluistis et tradidistis et, de meis expressis licencia et voluntate, deposuistis in posse vene- /⁵ rabilis curie dicti castri omnes illas viginti septem libras monete Barchinonensis de terno, quarum pretio vobis et vestris et quibus velitis, /⁶ nomine curatorio iam dicto, vendidi pretactum mansum de *ses Passadores*, alias Broquart, cum omnibus eius iuribus et pertinenciis, prout in /⁷ instrumento dicte vendicionis, per me vobis facto et firmato, in posse notarii infrascripti, quinta die octobris, anno a Natiuitate Domini millesimo /⁸ CCCC^o XX^o sexto, lacius continetur. Et, ideo, renunciando excepcioni peccunie non habite et non recepte et per vos, nomine meo, de- /⁹ posite, vt prefertur, facio vobis et vestris, nominibus quibus supra, de dictis viginti septem libris, presentem apocham de soluto, sollempni /¹⁰ stipulatione vallatam.

Actum est hoc in villa sancti Cucuphatis Vallensis, quinta die decembris, anno a Natiuitate Domini millesimo qua- /¹¹ dringentesimo vicesimo sexto.

S+num Bernardi Bramona, curatoris iam dicti, qui hec, nominibus quibus supra, laudo et firmo.

¹² Testes huius rei sunt: Petrus Domet, de parrochia sancti Salvatoris de Polinyano, Iacobus Gili, /¹³ de parrochia sancte Marie de Barbarano.

¹⁴ Sig(*signe*)num Iacobi de Mittibe, presbiteri, notarii publici ville sancti Cucuphatis Vallensis et castri de Octouiano auctoritate re- /¹⁵ uerendi domini abbatis monasterii sancti Cucuphatis, qui hec scripsit et clausit.

MANUSCRIT 9

1437, juny, 3

D'una banda, Antoni Espanya, prevere, beneficiat del benifet de Sant Joan (instituit per Pere Mirambell, ja difunt, prevere, beneficiat a la Seu de Barcelona, i dotat a l'església de Santa Coloma Sasserra, diòcesi de Vic) i marmessor ordinari del testament del dit Pere Mirambell, en el qual institueix hereu universal dit benifet de Sant Joan.

I, d'altra banda, Francesc Alagoti, també prevere i beneficiat a la mateixa Seu, encarregat de l'audiència i definició dels càlculs dels testaments dels difunts de dita diòcesi, en lloc de tots els altres marmessors.

És per això que ambdós marmessors, davant els homes bons de les parròquies de Sant Martí de Cerdanyola i Sant Iscle de les Feixes, del Vallès, i també d'altres parròquies del terme de Sant Marçal, reconeixen rebre, com a rescat i liquidació del censal mort de cent quinze sous de pensió anual, que aquells homes havien venut en el seu dia, el preu de venda de mil sis-cents deu sous.

A. Original: APMCFCM, doc. 9. Pergami, 355 × 540 mm.

Estat de conservació: regular, sobretot als extrems laterals.

Not. dors.: Apoca y definicio de un censal. N^o. 28.

¹ Nouerint vniuersi quod ego, Anthonius Spanya, [presbiter] beneficiatus beneficii sancti Iohannis, per discretum Petrum de Mirambello, quondam, presbiterum beneficiatum in sede Barchinone, institutum et dotatum in ecclesia sancte Columbe de Sa Serra, diocesis Vicensis, ac ² manumissor ordinarius testamenti seu vltime voluntatis dicti defuncti, quod fecit et ordinauit in posse discreti Guillermi Andree, auctoritate regia notarii publici Barchinone, die quarta iulii, anno a Natiuitate Domini millesimo tricentesimo ³ octuagesimo nono. Et in quo Dominum Deum [et] animam suam et dictum meum beneficium seu presbiteratum sancti Iohannis, per eum in dicta ecclesia institutum, sibi heredes instituit vniuersales. Ego, Ffranciscus Alagoti, presbiter beneficiatus in dicta ⁴ sede Narcissum de sancto D ... legum doctorem, canonicum ecclesie Barchinone, locumtenentem honorabilis Ffrancisci de Plano, decretorum doctoris, canonici dicte ecclesie, tunc in remotis agentis, comissarii, per reuerendum in Christo patrem ⁵ et ... Andream, Dei gratia [tunc et primi] deputati ad audiendum et diffiniendum compota testamentorum defunctorum, per ciuitatem et diocesim Barchinone in dicto testamento in locum omnium aliorum manumissorum dicti defuncti ⁶ [atus et positus] de qua mea [successione specialiter] ipsius \per quandam/ [scripturam] patentem papiri [hanc] sigilloque dicti sui officii sigillatam datamque Barchinone, die quinta iunii, anno a Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo primo. Nos ambo dicti ⁷ manumissores, nomine manumissorio, [quo suppra,] et ... dictus] Anthonius Spanya, vt beneficiatus dicti beneficii, qui est heres dicti defuncti et vtroque ipsorum nominum, confitemur et recognoscimus vobis, probis hominibus et singularibus vniuersitatis parrochiarum ⁸ sancti Martini de Serdenyola et sancti Aciscli de Fexiis, diocesis Barchinone, infra Vallensium constitutarum et aliarum, eciam, parrochiarum infra terminum sancti Marcialis sistencium, quatenus venerunt in vendicionem dictarum parrochiarum et redempcionem eiusdem ⁹ ipsius vniuersitatis et, in modum, videlicet, infrascriptum, restituistis, tradidistis et soluistis nobis, dictis nominibus recipientibus bene et plenarie, ad nostram, eisdem nominibus, voluntatem, omnes illos [mille sexcentos ... solidos monete Barchinone ¹⁰ de terno, qui fuerunt precium illius censualis mortui pensionis centum et quindecim solidorum dicte monete, annualium, rendalium et perpetualium, in nuda percepcione habendorum; quod vos, dicti prohi homi[nes et] vniuersitates predicto beneficio et heredi ¹¹ vniuersali dicti discreti Petri de Mirambello, cum [hoc publico] testamento, et michi, dicto Anthonio Spanya, vt beneficiato eiusdem, faciebatis et prestabatis ac facere et prestare tenebamini ac tenebatur vniuersitas ipsa, quolibet anno, secunda die

mensis /¹² madii, titulo siue ex causa vendicionis. Quem Petrus Parera et Raimundus Viues, de dicta parrochia sancti Martini de Cerdenyola, nominibus eorum propriis et vt procuratores, syndici et actores, tunc ad ea et alia constituti, vna et /¹³ in solidum cum Iacobo [Sca]baneis, de proxima dicta parrochia et vniuersitate dictarum parrochiarum et singularibus eiusdem, et signentur ab infrascriptis, videlicet, a Bernardo de Podio, baiulo dictarum parrochiarum, pro venerabili Simone de Marimundo, cui /¹⁴ Barchinone, et fratre Petro de Prado, monacho monasterii sancti Cucuphatis Vallensis, rectoreque capelle seu altaris Iesu Christi, constructi in ecclesia dicti monasterii, que capella est dicto monasterio annexa. Quique Simon de Marimundo et rector /¹⁵ habebant iurisdicionem minorem seu ciuilem in dictis parrochiis et termino, pro indiuiso, et a Romeo ça Comella, Ffrancisco Bramona, Bernardo Fornells, Guillermo ça Morera, Arnaldo Arimon, Berengario Michaelis, Romeo Caro, Bernardo dez Mas, Bernardo Ver- /¹⁶ daguer, de Coll Porçell, Martino de Millars, Petro Gilabert, Petro Coyl, Iacobo Caluet, Raimundo Botet, Petro Bosch, Anthonio de Cabanyes, Iacobo Buada, Bernardo Artigo, de manso Pons, Iacobo Gili, de manso Tries, Ffrancisco de Farigola, /¹⁷ Anthonio Borrell, Bartholomeo de Farigola, Ffrancisco Bernard, Petro de Cabaneis, Guillermo Massaguerii, Guillermo Altallo, Bernardo Serra, de Vall Moranta, Ffrancisco Altallo, Petro Soler, Petro Bertrandi, Iacobo Codonys, Bernardo \Poals/, Ffrancisco /¹⁸ ça Rapina, Bernardo Correger, Petro Sagales, Francisco Roben, Romeo de Ferruçons, Bernardo Riba, Petro de Manso, minore dierum, omnibus de dicta parrochia sancti Martini de Serdenyola. Et a Bernardo ça Vall, Bernardo M[ene]rii, Iacobo Rosset /¹⁹ [Bernard]o Verdagerii, Ffrancisco Cabraria, Guillermo de Podio, Petro Masqueffa, Bartholomeo Fferrarii, Bernardo Bramona, Anthonio Verdagerii, Guillermo Vigata, Laurencio de Podio, omnibus de dicta parrochia sancti Aciscli de les Fexes. Et a /²⁰ ... [Serra] et Berengario [Fetrixo], de parrochia sancti Petri de Octouiano, dicti termini sancti Marcialis, fecerunt dicto Petro de Mirambello, [cuncti], de denariis suis propriis et non sui beneficii et suis et quibus vellet, perpetuo, cum publico instrumento facto in posse /²¹ ... [Anthonii] de [Belluey], auctoritate regia notarii publici Barchinone, sub diuersis calendariis, quorum primum fuit vicesima nona die aprilis, anno a Natiuitate Domini millesimo trecentesimo octuagesimo quinto. Item, soluistis /²² nobis, dictis nominibus, seu verius michi ... [preffati] beneficii omnes pensiones et proratam, ex dicto censuali, nobis, dictis nominibus, seu ipsi beneficio ac michi, dicto Anthonio [Spanya, vt] eius beneficiato, debitas et debitam /²³ ... eiusdem solutionem et restitutionem dictorum mille sexcentorum et decem solidorum fecistis nobis, dictis nominibus, hoc modo: quia eos, de voluntate nostrum, nobis, dictis nominibus, dici et [satisfieri] [nos] in tabula cambii ciuitatis [Barchinone] /²⁴ Et, ideo, nominibus iam dictis, renunciantes excepcioni peccunie non numerate et per vos, modo predicto, nobis non restitute et doli mali, facimus, [dictis] nominibus, vobis et dicte vniuersitati et [eius homin]ibus /²⁵ ... [vniuersitatis qui] aliis quibuscumque, presentibus et futuris, [tradimus] de predictis mille sexcentis et decem solidis, precii dicti censualis, sed, etiam, de toto ipso censuali et pensionibus ac prorata eiusdem et de solutis, [penis] ac aliis omnibus et singulis ... /²⁶ Et, de omnibus etiam et singulis accionibus, questionibus, petitionibus et demandis ac litibus et controuersiis, quas nos, dictis nominibus, et nostri, in dictis manumissoria et beneficio successores, contra vos [et] dictam vniuersitatem et [bona vestra] ... /²⁷ prop.... ... possemus seu possent, nunc vel in futurum, bonum et perpetuum finem ac absolucionem et diffinicionem generales pactumque firmissimum de vltius non petendo et de non agendo solemnem stipulacionem vallatum, in posse notarii [infrascripti] /²⁸ infra speculantis. Conuenientes, dictis nominibus, et promittentes vobis quod a cetero de seu pro dicto censuali non conueniemus aut in iudicium seu causam \trahemus/ vel trahi faciemus vos seu vestros aut dictam vniuersitatem vel eius singulares superius nominatos vel ... /²⁹ ... faciemus, proponemus seu mouebimus, contra vos seu ipsam vniuersitatem vel singulares seu bona vestra et ipsorum, aliquam accionem, questionem, petitionem vel demandam, littem aut controuersiam, de iure vel de facto aut alias ... /³⁰ imponimus nobis, dictis nominibus, et successoribus nostris in dictis manumissoria et beneficio, super hiis omnibus et singulis, scilencium sempiternum, omnem viam agendi nobis et eis penitus abdicando et precludendo. Et restituimus vobis predictam vendicionem, /³¹ per dictos syndicos, dicto discreto Petro de

Mirambello, de preffato censuali facte [scieterum] et integrum. Quod instrumentum et scripturam, eciam, tercii, pro ipso censuali factam in curia vicarii Barchinone et omnes alias cauciones et seruitutes pro ipso censuali /³² [facientes] volumus esse cassa et nulla ac casse et nulle nulliusque efficacie seu valoris realiterque et de facto cancellari ad solam presentis instrumenti demonstracionem. Insuper, nominibus iam dictis, conuenimus et bona fide promittimus vobis et dicte vniuersitati et /³³ notario, eciam, infrascripto, tanquam publice persone, pro vobis et ea et pro aliis, eciam, personis omnibus, quarum interest et intererit, recipienti et paciscenti ac, eciam, legitime stipulanti, quod presens finis et diffinicionis instrumentum et omnia et singula /³⁴ in eo contenta semper ratum, gratum et firmum ac rata, grata et firma habebimus, tenebimus et obseruabimus nos, nominibus iam dictis, et in aliquo non contra faciemus vel veniemus, aliquo iure, causa uel, eciam, racione.

Actum es hoc Barchinone, /³⁵ prima die iunii, anno a Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo septimo.

S+++na Anthonii Spanya et Ffrancisci Alagoti, predictorum, qui hec, nomibus predictis, laudamus et firmamus.

/³⁶ Testes huius rei sunt: honorabilis Bernardus Thibosa, decretorum doctor, sacrista minor ecclesie Vicensis, et Rafael Folch, scriptor Barchinone.

/³⁷ Sig(signe)num Bartholomei Agelli, auctoritate regia notarii publici Barchinone, qui hec scribi fecit et clausit; cum litteris supra positis, in lineis VI^a, vbi dicitur: *per quandam*; et in XVII^a: *Poals*; et XXVIII^a: *trahemus*.

(*Afegitó, en lletra i tinta diferents, al cantó inferior dret:*)

/³⁸ Soluit michi, Iacobo Bachs, notario, /³⁹ Anthonius Perera, pro cancellando predictam /⁴⁰ tercii scripturam, tres solidos, sex denarios.

MANUSCRIT 10

1442, maig, 15

Andreu de Casanoves i els seus pares, Pere de Casanoves i la seva muller madona Constança, de la parròquia de Sant Feliu de Vilamilany, reconeixen haver rebut de Joana, que es casarà amb el dit Andreu i que és filla de Gabriel de Salas i de la seva muller madona Antònia, de la parròquia de Sant Feliu de Castellar, vint-i-set lliures i deu sous barcelonesos de tern, en concepte de dot. Al seu torn, Andreu aporta un escreix de tretze lliures i cinc sous de dita moneda –totalitzant-ho tot plegat, erròniament, en quaranta-una lliures i quinze sous– sota la garantia del seu mas, anomenat «Ses Valls», i les seves terres i possessions, que té sota domini de la infermeria del monestir de Sant Cugat.

A. Original: APMCFM, doc. 10. Pergamí, 370 × 460 mm.

Estat de conservació: deficiet, forats i estrips en alguns dels sis plec horitzontals.

Not. dors.: Apoca.

/¹ [In Dei nomine]. Nouerint vniuersi quod nos, Andreas de Casanoves, filius Petri de Casanoves et domine Constance, eius vxoris, et dicti Petrus de Casanoves et Constancia, eius vxoris, parrochie sancti Ffelicis, Ville Mille Annorum /² ... [sancti] Cucuphatis Vallensis, confitemur et recognoscimus vobis, Iohanne, filie Guabrielis de Sales, alias Iuliane, et domine Anthonie, eius vxoris, viuencium, parrochie sancti Ffelicis de Castellario, quam ego, Andreas de /³ [Casanoves, pre]dictus, Deo preuio, ducturus sum in uxorem, quod habuimus et recepimus a vobis siue pro vobis, in dotem vestram seu pro dote vestra ac nomine dotis vestre, mearum, dicti Andree, et vestrarum tempore nupciarum, vi- /⁴ ginti septem libras et

decem solidos monete Barchinone de terno, quas ipse, parte vestra, vobis, sub condicionibus infrascriptis, de presenti et infrascripta, dedit pro tota, scilicet, parte hereditate et legitima vestra paterna et materna /⁵ et supplemento eiusdem et aliis iuribus vobis compe[ten]tibus et competituris in bonis su[is] et dicte dotis domine matris vestre. Et, ideo, renunciantes excepcioni peccunie non numerate et dicte dotis vestre non habite et non recepte et excepcioni de /⁶ dolo malo et accioni in factum et omni alii iuri, legi, rationi et consuetudini contra hec repugnantibus. Ego, enim, dictus Andreas de Casanoues, propter hanc dotem, a vobis siue pro vobis nobis traditam, facio vobis, de bonis meis propriis, /⁷ augmentum siue donacionem, propter nupcias, de tresdecim libris et quinque solidis dicte monete. Et sich sunt in summa omnes dicti denarii, inter dotem et augmentum siue donacionem, propter nupcias, quadra[ginta] vna libre et quin- /⁸ decim solidi. Promittentes quilibet nostrum in solidum vobis quod predictas quadraginta vnam libras et quindecim solidos vobis et vestris aut cui siue quibus volueritis, loco vestri, restituere, tradere et soluere in omnem, scilicet, /⁹ casum et [eu]entum restituende, tradende et soluende dotis [... ..]m, videlicet, et in continenti, cum restitutioni et solutioni dotis predicte locus affuerit, sine aliqua, videlicet, dilacione, excusacione et excepcionem et absque /¹⁰lio grauamine, missione et interesse vestri et vestrorum; volentes et concedentes quod predictas quadraginta vnam libras et quindecim solidos dotis vestre predicte et augmenti siue donacionis, propter nupcias, habeatis, teneatis et, /¹¹ iure vestri p[er] [...] i siue salarii, possideatis, cunctis diebus vite vestre, cum marito et sine marito, cum infan[te] et sine infante et absque vlllo vinculo et contradictione mei et meorum et alterius cuiuscunque persone, specialiter et expresse, in et /¹² super illo meo manso vocato de *Ses Valls*, terris, honoribus et possessionibus suis, sito in dicta parrochia sancti Ffelicis de Mille Annorum, ipsumque tenemus per infirmariam monasterii sancti Cucuphatis Vallensis et per suum venera- /¹³ bilem infirmarium, ipsius nomine, ad certum annum censum et sub dominio et alodio eiusdem. Et, generaliter, in et super aliis bonis omnibus et singulis nostrum in solidum, mobilibus et immobilibus, habitis et habendis, [et] /¹⁴ non liceat alicui heredi vel successori nostro eicere vos vel vestros a predicto manso et aliis bonis nostris, donec vobis vel vestris satisfactum fuerit in tota dote vestra predicta et augmento et missionibus et expensis, per vos vel vestros preuia /¹⁵ racione factis, nec fructus, quos interim receperitis de dictis bonis nostris, non computentur vobis vel vestris in sortem vel solutionem dicte dotis vestre et augmenti; quoniam, de ipsis fructibus, nunc pro tunc et e contra, vobis facimus donacionem /¹⁶ puram et irreuocabilem inter viuos, contemplacione dicti matrimonii mei, dicti Andree, et vestri, dicte Iohanne. Et, si decesseritis quandocunque, cum libero seu liberis, de legitimo et carnali matrimonio procreatis, ad etatem condendi testa- /¹⁷ mentum prouenientibus, eo tunc habeatis, ad omnes vestras voluntates inde libere faciendas, predictas viginti septem libras et decem solidos. Et si, quod Deus auertat, decesseritis quandocunque sine dictis libero seu liberis, de legitimo et carnali /¹⁸ matrimonio procreatis, vel cum talibus libero seu liberis, quorum nullus ac dictam etatem condendi testamentum peruenerit, in his casibus et vtroque eorum, habeatis, tamen, ad vestras voluntates, de dictis viginti septem libris et decem solidis /¹⁹ vestris dotalibus, decem libras de quibus possitis testari et vestras facere voluntates. Residue, vero, decem septem libre et decem solidis sint et reuertantur dicto domino patri vestro, si tunc vixerit; sin, autem, illi seu illis, cui vel quibus ipse voluerit /²⁰ aut ordinauerit, verbis seu testamento aut, alias, quouis modo, quem dictus pater vester dictas viginti septem libras et decem solidos vobis sub hoc vinculo donauit. Et dicte tresdecim libre et quindecim solidi dicti augmenti siue /²¹ donacionis, propter nupcias, sint et reuertantur, post dictum obitum vestrum, infanti vel infantibus, qui de me, dicto Andrea de Casanoues, in vobis fuerint procreati et vobis viui die obitus vestri superstites fuerint, cui seu quibus, in casu existencie /²² eorundem, nunc pro tunc, de ipsis tresdecim libris et quindecim solidis, ego, dictus Andreas de Casanoues, facio donacionem puram et irreuocabilem inter viuos, in manu et posse notarii infrascripti, tanquam publice persone, pro dictis infante seu infan- /²³ tibus et aliis, eciam, omnibus, quorum intersit, recipienti et paciscenti ac, eciam, legitime stipulanti. Verumtamen, si in die obitus vestri infans vel infantes siue liberi, de me in vobis procreati, vobis superstites [de]ffuerint, eo casu, predicte tresdecim libre et /²⁴ quindecim solidi, de quibus

ego, idem Andreas de Casanouas, vobis facio augmentum siue donacionem propter nuptias, sint et reuertantur michi, dicto Andree, vel meis aut illi vel illis, cui vel quibus voluero aut ordinauero verbis vel testa- /²⁵ mento aut, alias, quouis modo. Et, pro his complendis et firmiter attendendis, tenendis et obseruandis, nos omnes obliguamus vobis et vestris predictum mansum nostrum, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis, et omnia alia bona nostra et cuiuslibet nostram in solidum, /²⁶ mobilia et immobilia, vbique habita et habenda. Saluo, tamen, iure dicte infirmarie et sui venerabilis infirmarii, nomine eiusdem. Renunciantes, quantum ad hec, beneficio nouarum constitutionum et diuidendarum actionum et epistole diui [A]driani et /²⁷ consuetudini Barchinone, loquenti de *duobus vel pluribus in solidum se obligantibus*. Et nos, dicti Petrus de Casanoues et Constancia, eius vxor, ad super abundantem cautelam, spontanee et gratan[ter], ren[unciamus ... t]am in rubro, quam in /²⁸ nigro. Et, ne fideiussores vel mandatores dotem dentur et oppinioni quorumcunque dominorum doctorum tenencium seu asserencium, quod huic titulo, quia [pro]hibitorium est non prosequerentur, ... non ... alii quibuscunque /²⁹ legibus ac iuribus, per quas seu que eorum oppinio videretur fore fundata, amplectantes, gratis et ex certa sciencia, oppinionem quorumque dominorum [doc]torum, tam per iura generalia quam [in] con[trarium] ... /³⁰ quod est quod de iure non posset dicto titulo renunciari. Nos volumus, ad predicta omnia et singula, teneri et obliguatos fore, efficaciter et complete, et presens instrumentum habere robur et firmitatem; proinde et, si dicta ... /³¹ inquam ego, dicta Constancia, quoad hec, cerciorata ad plenum de iure meo, beneficio auxilii Velleiani senatus consulti, quo iuuantur mulieres fideiubentes vel alienam obliguacionem in se suscipientes, et [aucten]tice *si qua mulier [posita]* ... /³² ad Velleianum dicenti quod quando mulier se obliguat cum marito vel pro marito aut obliguacioni mariti consenserit, obliguatis talis mulier non tenetur, nisi manifeste probetur pecuniam inde habitam p.....a \voluntatem/ ipsius mulieris fore conuersas; /³³ et, quoad obliguacionem bonorum dicti viri mei, que nunc prius michi obliguata et ypotechata existunt pro meis dote, sponsalicio et aliis iuribus meis, que habeo et habere debeo in et super bonis dicti uiri mei. Renuncio, quoad hec, ipsis doti /³⁴ et sponsalicio et aliis iuribus meis predictis, que omnia vobis et vestris, quoad hec, ex pacto remitto. Renunciamus nos, omnes superius nominati, omnibus aliis iuribus canonicis ac municipalibus, contra predicta vel eorum aliquod aduersantibus, per que /³⁵ predicta vel eorum aliquod possint viciari vel aliquid anullari. Et, vt predicta omnia et singula maiori gaudeant firmitate, non vi nec dolo, sed sponte, iuramus nos, omnes superius nominati, per Dominum Deum et eius sancta quatuor /³⁶ euangelia, manibus nostris corporalites tacta, predicta omnia et singula attendere et complere, tenere et obseruare et in aliquo non contra facere vel venire, scilicet, ego, dictus Andreas, ratione minoris etatis, ignorancie et restitutionis in integrum, /³⁷ et omnes, aliquo alio iure, causa vel, eciam, ratione. Virtute cuius, quidem, iuramenti, assero ego, dictus Andreas, me fore minorem viginti quinque annis, maiorem, vero, decem octo annis. Renuncio, quoad hec, beneficio minoris etatis, ignorancie et restitutionis /³⁸ in integrum et omni alii iuri hiis obuanti. Premissa, igitur, omnia et singula facimus, paciscimur, conuenimus et promittimus nos, dicti Andreas de Casanoues, Petrus de Casanoues et Constancia, eius vxor, per nos et nostros, vobis, dicte Iohanne, et vestris /³⁹ necnon et notario infrascripto, tanquam publice persone, pro vobis et vestris et pro aliis, eciam, personis omnibus et singulis, quarum interest et intererit, recipienti et paciscenti ac, eciam, legittime stipulanti. Ad hec, ego, dicta Iohanna, consenciens predictis, tanquam de /⁴⁰ voluntate mea actis et gestis, gratis et ex certa sciencia, conuenio et promitto vobis, in posse notarii infrascripti, vt supra stipulantis, ac, eciam, sponte iuro, in animam meam, per Dominum Deum et eius sancta quatuor euangelia, manibus meis corparaliter tacta, /⁴¹ me predicta omnia et singula rata, grata et firma habere, tenere et inuiolabiliter perpetuo obseruare et non contra facere vel venire, aliquo iure, causa vel, eciam, ratione. Virtute eius, quidem, iuramenti, assero me fore minorem viginti quinque annis, ma- /⁴² iorem, vero, quindecim annis. Renuncio, quantum ad hec, beneficio minoris etatis, ignorancie et restitutionis in integrum et [omni] alii iuri hiis obuanti.

Actum est hoc in parrochia sancti Iuliani d'Altura, quintadecima die madii, anno a Natiuitate Domini /⁴³ millesimo quadringentesimo quadragésimo secundo.

S+++na Andree de Casanoues, Petri de Casanoues et Constancie, predictorum, qui hec laudamus, firmamus et iuramus.

S+num Iohanne, consencientis predicte, que predictis consencio /⁴⁴ eaque laudo et firmo et iuro.

/⁴⁵ Testes huius rei sunt: Petrus de Muntsquiu, parrochie sancti Quirici, et Guillermus Serra Spinaguer, parrochie sancti Iuliani d'Altura, termini Terracie.

/⁴⁶ Ego, frater Ffranciscus ça Vila, monachus et infirmarius monasterii sancti Cucuphatis, saluo iure \dicte/ infirmarie, ffirmo.

MANUSCRIT 11

1446, juliol, 14

Elionor, filla de Joan Noguera i de madona Aldonça, de Santa Creu d'Olorda, reconeix davant el seu promès, Llorenç Fatjó, fill de Bartomeu i de Valença, de Sant Martí de Cerdanyola, haver rebut d'ell, en concepte de dot, cent deu lliures barceloneses de tern, rebudes del seu pare Bartomeu Fatjó i del seu germà Francesc, com a part total de la seva herència paterna i materna.

A. Original: APMCFCM, doc. 11. Pergamí, 310 × 490 mm.

Estat de conservació: força bo.

Not. dors.: Apoca. N^o. 35.

/¹ Nouerint vniuersi quod ego, Elionor, filia Iohannis Noguera et domine Aldonçe, eius vxoris, viuencium, parrochie sancte Crucis d-Olorda, diocesis Barchinone, confiteor et recognosco vobis, Laurencio Fetio, /² filio Bartholomei Fetio et domine Valençe, eius vxoris, viuencium, parrochie sancti Martini de Serdenyola, dicte diocesis, cui, Deo preuio, nubere debeo, quod habui et recepi a vobis siue pro vobis, in dotem vestram /³ seu pro dote vestra ac nomine dotis vestre, mearum et vestrarum tempore nupciarum, centum et decem libras monete Barchinone de terno, quas dictus dominus pater vester et Ffranciscus Fetio, frater vester, proxime /⁴ dicte parroquie, sub, tamen, vinculis infrascriptis, vobis donarunt, pro tota, scilicet, parte, hereditate et legitima vestra paterna et materna et suplemento eiusdem et aliis iuribus vobis compe- /⁵ tentibus et competituris in bonis eorum et dicte domine matris vestre, prout hec et alia in instrumento donacionis, in posse notarii infrascripti, confecto die et anno infrascriptis, lacius enarrantur. Et, ideo, /⁶ renunciando excepcioni peccunie non numerate et dotis vestre predicte non habite et non recepte ac michi non tradite et non deliberate et dolo malo et accioni in factum et omni alii iuri, legi, racioni /⁷ et consuetudini contra hec repugnantibus. Conuenio et promitto vobis quod predictas centum decem libras dicte dotis vestre restituam, tradam el soluam vobis et vestris aut cui siue /⁸ quibus volueritis, loco vestri, in omnem, videlicet, casum et euentum restituende et soluende dotis predicte, statim, videlicet, et in contenti, cum dotis restitutioni et solutioni locus affuerit, /⁹ sine aliqua, videlicet, dilacione, excusacione et excepcionem et absque omni dampno, grauamine et missione ac interesse vestri et vestrorum. Volens et expresse consenciens quod predictas centum /¹⁰ decem libras dicte dotis vestre habeatis, teneatis et, iure vestri proprii sponsalicii, possideatis, cunctis diebus vite vestre, cum vxore et sine vxore, cum infante et sine infante et absque vlllo vinculo /¹¹ et contradiccione et impedimento mei et meorum et alterius cuiuscumque persone, in et super omnibus et singulis bonis meis, mobilibus et immobilibus, vbique habitis et habendis. A quibus bonis meis /¹² non liceat alicui heredi vel successori meo eicere vos nec vestros, donech vobis vel vestris satisfactum fuerit in tota dote vestra predicta et in missionibus et expensis ac interesse predictis, per vos /¹³ vel vestros preuia racione factis. Nec ffructus, quos interim receperitis de dictis bonis meis, non computentur vobis nec vestris in sortem vel solutionem dicte dotis vestre. Quoniam, de ipsis ffructibus, /¹⁴

nunc pro tunc et e contra, vobis et vestris facio donacionem puram, perfectam, simplicem et irrevocabilem inter vivos, contemplacione dicti mei et vestri matrimonii. Predictas, autem, centum /¹⁵ decem libras, si et vbi decesseritis quandocumque, cum libero seu liberis, de legitimo et carnali matrimonio procreatis, ad etatem condendi testamentum prouenientibus, habeatis, ad omnes vestras /¹⁶ voluntates inde libere faciendas. Si, vero, quod Deus auertat, decesseritis quandocumque, absque dictis libero seu liberis, de legitimo et carnali matrimonio procreatis, vel cum talibus libero seu /¹⁷ liberis, quorum nullus ad etatem condendi testamentum peruenerit, in his casibus et quolibet eorum, habeatis, tamen, ex dictis centum et decem libris vestris dotilibus, triginta quinque libras, de qui- /¹⁸ bus possitis testari et, alias, vestras facere vltimas voluntates. Residue, vero, septuaginta quinque libre, in tali casu, reuertantur dictis patri et fratri vestris, si tunc vixerint; sin, autem, illi vel /¹⁹ illis, cui seu quibus ipsi voluerint aut ordinauerint, verbis vel testamento aut, alias, quouis modo, quoniam ipsi pater et frater vestri predictas centum decem libras vobis, sub hoc pacto, donarunt. /²⁰ Et, pro hiis complendis et firmiter attendendis, tenendis et inuolabiliter perpetuo obseruandis, obligo vobis et vestris omnia et singula bona mea, mobilia et immobilia, vbique habita et ha- /²¹ benda. Et, vt predicta omnia et singula maiori gaudeant firmitate, non vi nec dolo, sed sponte, iuro in animam meam, per Dominum Deum et eius sancta quatuor euangelia, /²² manibus meis corporaliter tacta, me predicta omnia et singula attendere et complere, tenere et inuolabiliter perpetuo obseruare et contra ea non facere vel venire, racione minoris /²³ etatis nec, eciam, aliquo alio iure, causa vel, eciam, racione; virtute cuius, quidem, iuramenti, assero me fore minorem viginti quinque annis, maiorem, vero, quindecim annis. Renuncio, quoad /²⁴ hec, beneficio minoris etatis, ignorancie et restitutionis in integrum et omni alii iuri, racioni et consuetudini contra hec repugnantibus. Premissa, igitur, omnia et singula facio, paciscor, conuenio et promitto ego, dicta Alionor, per me et meos, vobis, dicto Laurencio Fetio, futuro uiro meo, et vestris necnon et notario infrascripto, tanquam publice persone, pro vobis et vestris et pro aliis, eciam, /²⁶ personis omnibus et singulis, quarum interest et intererit, [recipienti] et paciscenti ac, eciam, legitime stipulanti. Ad hec, ego, dictus Laurencius Fetio, consencio is \predictis/, per vos, dictam Alionorem, futuram vxorem /²⁷ meam, actis et gestis. Gratis et ex certa sciencia, conuenio et promitto, in posse notarii infrascripti, vt supra, stipulanti, ac, eciam, sponte iuro, in animam meam, per Dominum Deum et eius sancta quatuor /²⁸ euangelia, manibus meis corporaliter tacta, me predicta omnia et singula rata, grata, valida atque firma perpetuo habere, tenere et obseruare et in nullo contra facere vel venire, aliquo iure, /²⁹ causa vel eciam, racione.

Actum est hoc in parrochia sancte Crucis d'Olorda, quartadecima die iulii, anno a Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo quadragésimo sexto.

S+num /³⁰ Alionoris predictae, que hec laudo, firmo et iuro. S+num Laurencii Fetio, consencientis predicti, qui predictis consencio eaque laudo, et firmo et iuro.

/³¹ Testes huius rei sunt: discretus Matheus Serres, presbiter, rector ecclesie sancti Iuliani d'Argentona ac beneficiatus in sede Barchinone, Antonius Lunell, parrochie sancti Petri de /³² Rubi, et Mathias Aleu, parrochie sancti Petri de Octouiano, termini sancti CucuphatisVallensis.

/³³ Sig(*signe*)num Iacobi Gili, auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominacionem illustrissimi domini regis Aragonum, qui hec scribi fecit et clausit. Cum supra posito in linea XXVI, vbi dicitur: *pre- /³⁴ dictis*.

MANUSCRIT 12

1457, maig, 3

Gabriel Costa, fill de Bernat Costa, difunt, de Sant Martí de Cerdanyola, reconeix, davant la seva muller Eulàlia, haver rebut de mans de Francesc Fatjó, pare d'Eulàlia, les vint-i-cinc lliures barceloneses de tern, que

ella li havia promès, en concepte de dot, en temps de noces. I, per tant, ordena que sigui anul·lat el corresponent document debitori.

A. Original: APMCFM, doc. 12. Pergamí, 210 × 300 mm.

Estat de conservació: acceptable.

Not. dors.: Apoca [..... Franc]esc Fetio N^o. 82.

¹ Sit omnibus notum quod ego, Gabriel Costa, filius Bernardi Costa, quondam, parrochie sancti Martini de Serdeinyola, et domine Margarite, eius vxoris, viuentis, ² confiteor et recognosco vobis, Eulalie, vxori mee filieque Ffrancisci Fetio, viuentis, et domine Eulalie, quondam, eius vxoris, dicte parrochie ³ sancti Martini de Serdenyola, quod, per manus Ffrancisci Fetio, patris vestri, dedistis et soluistis michi, bene et plenarie, ad meam voluntatem, ⁴ realiter numerando, omnes illas viginti quinque libras monete Barchinone de terno, que per vos michi fuerunt dari promise, in et pro dote vestra ⁵ ac nomine dotis vestre, mearum et vestrarum tempore nupciarum, et de quibus ego feci et firmaui vobis, dotalicium instrumentum, quod vobis ⁶ laudo, aprobo, ratifico et confirmo, serie cum presenti, volens et concedens quod instrumentum debitorium, per dictum patrem vestrum michi factum ⁷ et firmatum, quod, eciam, in sui nota remanet, cancelletur et anulletur taliter quod michi nec meis non possit prodesse nec ⁸ vobis vel vestris in aliquo obesse. Et, ideo, renunciando excepcioni peccunie non numerate et non solute, non habite et non recepte ⁹ et dolo malo et accioni in factum et omni alii iuri, legi, rationi et consuetudini contra hec repugnantibus, facio vobis, de predictis ¹⁰ viginti quinque libris, presentem apocham de soluto et bonum et perpetuum finem et pactum firmissimum de vltierius non petendo ¹¹ et de non agendo, in posse notarii infrascripti, vallatum stipulacione solemni.

Actum est hoc Terracie, tercia die ¹² mensis madii, anno a Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo.

Sig+num Ga- ¹³ brielis Costa predicti, qui hec laudo et firmo.

¹⁴ Testes huius rei sunt: Anthonius Costa, parrochie sancti Petri de Terracia et Petrus Volpeyeris, parrochie ¹⁵ sancti Petri de Octauiano, termini sancti Cucuphatis Vallensis.

¹⁶ Sig(signe)num Iacobi Gili, notarii publici Terracie, auctoritate venerabilis prioris monasterii beate Marie de Terracia ¹⁶ regentisque scribaniam siue notariam dicti loci, pro heredibus vel successoribus discreti Iacobi Gili, quodam, notarii, dominis ¹⁷ vtilibus earumdem scribanie et notarie, qui hec scripsit et clausit.

MANUSCRIT 13

1460, juny, 20

Joana Marió, muller de Miquel Truyàs, de Sant Pere de Terrassa, fa testament, en el qual nomena, com a marmessors, el seu marit i el seu germà, Antoni Maymó, de Sabadell, vol ser enterrada en el cementiri de Sant Pere de Terrassa i fa una relació de donatius per a celebració de sepultura, novena, cap d'any i diverses misses.

A. Original: APMCFM, doc. 13. Pergamí, 210 × 470 mm.

Estat de conservació: bo, amb un estrip important al cantó inferior esquerre.

Not. dors.: Testament de Joana Marió muller de Miquel Truyas á 20 de juny de 1460. N^o. 7.

¹ Quoniam nullus, in carne possitus, mortis periculum euadere potest, idcirco, Iohana Mario, vxor Michaelis Truyas, parrochie sancti Petri de Tarracia, videns me in graui infirmitate detenta, de qua mori

timeo, /² set, per Dei gratiam, in meo pleno sensu, memoria integra atque firma loquela existens, facio, condo et ordino meum vltimum testamentum, in quo eligo meos manumissores et huius mei testamenti seu vltime mee /³ voluntatis executores, videlised: Anthonium Maymo, fratrem meum, parrochie ville Sabadelli, et Michaellem Truyas, maritum meum, quos, sicut carius possum, deprecor eisque plenam do et confero pote- /⁴ statem quod, si me mori contigerit antequam aliud faciam testamentum, ipsi mei manumissores compleant et exequantur hoc meum testamentum seu hanc meam vltimam voluntatem, prout, tamen, in- /⁵ ferius in venerint ordinatum ac eciam scriptum. In primis et ante omnia, volo et mando quod omnia debita mea persoluantur et omnes iniurie mee ad restitutionem, quarum teneat, restituantur per dictos /⁶ meos manumissores, de bonis meis, simpliciter, sumarie et de plano, secundum Dominum Deum et forum anime; prout, tamen, ipsa debita et iniurie probari poterint vel ostendi, per testes, /⁷ instrumenta aut alia quelibet legitima documenta. Eligo, namque, sepulturam corpori meo in siminterio sancti Petri de Tarracia. Accipio, autem, de bonis meis, pro anima mea et paren- /⁸ tum meorum et omnium fidelium defunctorum et sepultura, nouena et capite anni fiendis, quas vel que volo fieri honorifice et bene, ad cognitionem dictorum meorum manumisorum, /⁹ decem libras, manete Barchinone de terno, quas volo distribuatur per presbiteros sancti Petri Tarracie. Item, dimitto cuilibet manumisori meo, pro labore manumissorie, quinque solidos, /¹⁰ dicte monete. Item, dimitto beate Marie Montiserati duodecim denarios pro vna missa celebranda. Item, dimitto in quolibet altari ecclesie sancti Petri duodecim denarios pro /¹¹ missis celebrandis. Item, dimitto in altari sancti Michaelis duodecim denarios, pro vna missa. Item, dimitto in altari beate Marie tres solidos pro missis dicendis. Item, dimitto in alta- /¹² ri sancti S[e]b[ast]iani duos solidos pro missis dicendis. Item, dimitto in altari sancti Lupi duas missas. Item, dimitto cuilibet bacino ire per ecclesiam sancti Petri duos denarios. Et, /¹³ ex aliis bon[is m]eis, dimitto Anthonio Maymo, fratri meo, viginti solidos. Item, dimitto a quatuor puellis cuilibet decem solidos, due sunt de-n Coll et alie due sunt de-n Vilocha. Item, /¹⁴ dimitto [Antic]ho Iuliani quinque solidos. Item, dimitto Eulalie et Clare, nabodes mias, duodecim denarios. Item, dimitto tres quarterias frumenti de pane cocto, amore Dei, /¹⁵ pro vna elemosina in die capitis anni. Hec est, autem, voluntas mea vltima, qua volo valere iure testamenti; que, si non valet seu valere potest iure testamenti, saltem volo /¹⁶ quod valeat et valere possit iure codicillorum aut nuncupatiui seu alterius cuiuslibet vltime voluntatis; prout, tamen, melius e plenius de iure valere poterit et tenere.

Actum /¹⁷ est vicesima mensis iunii, anno a Natiuitate Domini millessimo quadringentesimo sexagesimo.

Si+num Iohana Mario, testatrisis predicte, que hec laudo, concede et /¹⁸ firmo.

/¹⁹ Testes, vocati et rogati, huius rei sunt: Anthonius et Antichus Iuliani, de sancto Felice de Castellario, et Anthonius Torrella, parrochie Terracie.

/²⁰ Sig(signe)num Petri Arnella, presbiteri capallani ecclesie perohotxialis sancti Petri de Tarracia, qui hec scribi feci e clausit.

MANUSCRIT 14

1460, octubre, 17

Bernat de Marimon, nomenat procurador per Joan Bernat de Marimon, tots dos de Barcelona, i per Beatriu, muller del dit Bernat, essent ambdós –Joan Bernat i Beatriu– tutors assignats per Guillem Ramon Sapllana, veguer de Barcelona, a favor de la persona i dels béns de Bernat Guerau de Marimon, fill impúber del dit Bernat i de la dita dona Beatriu, emancipat legalment pel pare; en considerar més útil posar sota establiment les propietats del fill, és per això que atorga en emfiteusi a Pere Juliol, cuirasser de Barcelona, un mas o borda anomenat «Mas Sabater», situat a Sant Martí de Cerdanyola, amb les seves pertinences, excepte la retenció

d'una extensió de bosc que es vol deixar unida al molí de Sant Marçal, i també dues peces de terra campa, contigües, de regadiu, amb una extensió d'un jornal de bous, situades dins la mateixa parròquia, al lloc anomenat «Les Hortes de Cabanyes».

A. Original: APMCFM, doc. 14. Pergami, 440 × 410 mm.

Estat de conservació: bo.

Not. dors.: D. Bernat Marimon [fa] establiment á favor de Pera Juliol del mas Sabaté á 17 octubre de 1460. N.º. 55.

¹ In Dei nomine. Nouerint vniuersi quod ego, Bernardus de Marimundo, ciuis Barchinone, procurator et actor, ad hec et alia, eciam, cum libera et generali administracione, legitime constitutus et ordinatus ab honorabili Iohanne Bernardo de Marimundo, ciue dicte ciuitatis, et domina Beatrice, vxore mea, tutoribus, per honorabilem Guillelmum Raimundum Çaplana, militem, tunc regentem vicariam Barchinone, ² datis, constitutis et assignatis persone et bonis Bernardi Geraldi de Marimundo, impuberis filii comunis michi et dicte domine Beatrici, vxori mee, per me legitime emancipati, et de castro sancti ³ Marcialis, sito in Vallensi, et omnibus aliis bonis meis hereditati, prout de dicta mea procuracione et actoria plene constat instrumento recepto in posse Bartholomei Agelli, notarii infrascripti, ⁴ die vicesima sexta iunii, anno a Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto; de tutela, autem, et potestate dictorum tutorum constat plene, per instrumentum receptum ⁵ in curia honorabilis vicarii Barchinone, decima septima die predictorum mensis et anni. De hereditamento, vero, per me dicto filio meo facto, constat instrumento publico acto in posse dicti notarii infrascripti Bartholomei ⁶ Agelli, notarii, die vicesima sepe dictorum mensis et anni. Dicto nomine, gratis et ex certa sciencia, quia vtilius est dicto filio meo et eius hereditati mansum siue bordam subscriptam cum ⁷ suis terris et possessionibus vobis, subscripto Petro Juliol, et vestris stabilire quam ipsum ac ipsas penes eundem filium meum retinere; idcirco, per dictum filium meum et omnes heredes ac successores ⁸ suos quoscumque, agens hec de et cum auctoritate et decreto honorabilis vicarii seu regentis vicariam Barchinone, stabilio et in emphiteosim dono et concedo vobis, Petro Iuliol, cuyracerio, cui dicte ciuitatis Barchinone, ⁹ presenti et inferius acceptanti, et vestris et quibus volueritis, perpetuo, vestris, tamen, consimilibus, et vestrorum, quendam mansum siue bordam, vocatum *mas Sabater*, cum omnibus et singulis ¹⁰ terris, honoribus et possessionibus ac aliis iuribus et pertinenciis eiusdem, excepta quadam tenedone nemoris, quam michi, dicto nomine, ac dicto Bernardo Geraldo, filio meo [retineo] quamque ad [iun-] ¹¹ gere et applicare intendendo molendino dicti castri sancti Marcialis, ut inferius in confrontationibus dicta tenedo designatur. Quem mansum et eius honores et possessiones dictus filius ¹² meus, per liberum et franchum alodium, certis et iustis titulis, racionibus atque causis, habet et possidet in parrochia sancti Martini de Cerdenyola, termini dicti castri. Et terminatur ipse ¹³ mansus cum suis possessionibus contiguis: ab oriente, cum honoribus mansi de *Les Passadores*, quem possidet Ffranciscus de Feione, et, partim, cum honoribus mansi Roqua, per me, dicto nomine, et per ¹⁴ venerabilem fratrem Anthonium de Ortalibus, monachum monasterii Sancti Cucuphatis Vallensis beneficiumque altaris Corporis Christi eiusdem monasterii, vobis, in posse subscripti notarii, die quinta ¹⁵ presentis et subscripti mensis octobris, stabiliti; a meridie, partim, cum honoribus dicti mansi Roqua et, partim, cum quadam tenedone nemoris de pertinenciis dicti mansi Sabater, quam ipsi ¹⁶ filio meo ut predicatur, retineo; ab occidente, cum dicta tenedone nemoris, quodam aragall mediante; et, a circio, partim, cum honoribus dicti Ffrancisci de Feione et, partim, cum rego et bassia ¹⁷ dicti molendini. Item, eciam, dicto nomine, stabilio et in emphiteosim dono et concedo vobis, dicto Petro Iuliol, et vestris consimilibus, perpetuo, duas pecias terre contiguas, campanerias, continentes ¹⁸ in se vnum iornale bouum vel inde circa, cum aqua ad rigandum et cum introhitibus, exitibus et omnibus iuribus et pertinenciis suis, quas dictus filius meus, certis et iustis titulis ¹⁹ atque causis, per liberum et franchum alodium, habet et possidet in dictis parrochia et termino, in loco vocato

Les Ortes de Cabanyes. Et terminantur ipse pecie terre, quas, dicto nomine, /²¹ vobis stabilio: ab oriente, cum honoribus dicti molendini, prout est fexuriatum; a meridie, cum dicto rego ipsius molendini, partim et, partim, cum orto insano Ffrancisci Caluet; ab occidente, partim, /²² cum duobus ortis dicti Ffrancisci Caluet et, partim, cum quodam camino, vocato de *Les Ortes*; et, a circio, cum quodam campo dicti Ffrancisci de Feione, vocato *Lo Camp dels Roures*. /²³ Hoc, autem, stabilimentum et in emphiteosim dacionem et concessionem facio ego, dictus Bernardus de Marimundo, dicto nomine, vobis, dicto Petro Iuliol, et vestris ac quibus volueritis, /²⁴ perpetuo, vestris, tamen, consimilibus et vestrorum, de omnibus et singulis supra dictis. Sicut melius dicit potest et intelligi ad vestrum vestrorumque saluamentum et bonum, eciam, intellectum. /²⁵ Sub tali, tamen, pacto, forma et condicione quod predicta, que vobis stabilio, melioretis et in aliquo non deterioretis. Et quod, pro censu eorumdem et omnium melioramentorum inibi fiendorum, detis et soluatis /²⁶ ac dare et soluere habeatis et teneamini dicto Bernardo Geraldo de Marimundo, filio meo, et suis in hiis successoribus triginta solidos, monete Barchinonensis, videlicet: in proxime venturo festo sancti Iohannis mensis iunii, /²⁷ quindecim solidos et, in festo Nathalis Domini tunc proxime venienti annique Natiuitatis Domini millesimi quadringentesimi sexagesimi secundi, alios quindecim solidos. Et, sic, deinde, quolibet anno, /²⁸ in dictis vel consimilibus terminis siue festis. Ex quibus, quidem, triginta solidis, vos, dictus Petrus Iuliol, ex pacto super hiis inhito et conuento inter me, dicto nomine, et vos, luere seu redimere /²⁹ valeatis viginti octo solidos, precio viginti octo librarum Barchinonensium; quam luicionem seu redempcionem facere possitis inter duas vices equales; residuis duobus solidis, cum dicto iure et domi- /³⁰ nio alodiali predictorum, ipsi filio meo remanentibus, saluis. Item, eciam, dare et prestare habeatis vos, ipse Petrus Iuliol, et vestri in hiis successores, dicto filio meo et suis, bene et fideliter, decimam /³¹ et primiciam ex fructibus prouenientibus ex dictis duabus peciis terre contiguis, que sunt ad dictum locum vocatum *Les Ortes de Cabanyes*. Et, vltra predicta, eciam, detis et prestetis vos et /³² vestri, de fructibus aliarum peciarum terre dicti mansi Sabater in [comuni], prout in dicta parrochia de Cerdanyola decima ipsa solui consuevit. In hiis, autem, non faciatis neque proclametis /³³ vos seu vestri alium dominum seu dominos, nisi, tamen, predictum filium meum et suos in dicto castro sancti Marcialis successores. Liceat, tamen, vobis et vestris, post dies triginta, ex quo in ipsum filium /³⁴ meum et suos fathicati fueritis, predicta, que vobis et vestris stabilio et in emphiteosim dono et concedo, vendere et, aliter, alienare, vestris, tamen, consimilibus, et vestrorum; saluis, tamen, semper, in et super predictis, /³⁵ omnibus et singulis censibus et aliis iuribus supra dictis ac iure, dominio, firma et fathica triginta dierum predicti filii mei et suorum in dicto castro sancti Marcialis /³⁶ successorum. Intrata, vero, predictorum, que vobis stabilio et in emphiteosim dono et concedo, est vnus paris pullorum. Super quibus, renuncio, dicto nomine, excepcioni dicte intrate non habite et /³⁷ non recepte et legi duplicis decepcionis et doli mali accionique in factum et omni alii iuri, racioni et consuetudini hiis obuiantibus, quouis modo. Dans scienter et remittens, dicto nomine, vobis, dicto Petro Iuliol, /³⁸ et vestris, donacione irreuocabili inter viuos, si quid predicta, que, dicto nomine, vobis stabilio et in emphiteosim dono et concedo, plus modo valent seu a modo valebunt censu et intrata predictis. Insuper, /³⁹ dicto procuratorio nomine et nomine, eciam, meo proprio, conuenio et promitto, dicto nomine, vobis, dicto Petro Iuliol, adquisitori iam dicto, et vestris quod predicta, que vobis stabilio, simul cum omnibus /⁴⁰ melioramentis et augmentis, per vos et vestris inibi fiendis, ego, nomine meo proprio, predictusque filius meus ac mei et sui faciemus ac facient vos et vestros ac quos volueritis habere, tenere et possidere in /⁴¹ sana pace, perpetuo, contra omnes personas. Quodque tenebimur ac tenebuntur vobis et ipsis, semper, de firma et legali euictione et legitime deffensione eorumdem. Et, de restitutione, eciam, omnium /⁴² missionum, sumptuum, damnorum et interesse, per vos et vestros fiendarum et sustinendorum, in ducendis, tractandis siue exhaminandis littibus seu causis, si que, inde, in predictis aut racione seu occasione /⁴³ eorumdem, contra vos aut vestros fierent vel mouerentur ab aliquo in futurum, siue in dictis littibus seu causis obtineatis siue in eisdem subcumbatis. Et quod, alias, a predictis et super predictis omnibus /⁴⁴ et singulis seruabimus ac seruabunt vos et vestros penitus et perpetuo, sine damno. Et credatur ac credi volo vobis

et vestris, super ipsis missionibus, sumptibus, damnis et interesse, vestro et eorum plano et ^{/45} simplici verbo, nullo alio probacionum genere requisito. Et, pro hiis complendis et firmiter attendendis, tenendis et obseruandis, ego, dictus Bernardus de Marimundo, nomine meo proprio et nomine, eciam, dicti ^{/46} filii mei, oblige vobis et vestris omnia et singula bona mea et ipsius filii mei et vtriusque mei et ipsius, in solidum, mobilia et inmobilia, habita vbique et habenda. Renunciens, dictis nominibus, ^{/47} quantum ad hec, beneficio nouarum constitucionum et diuidendarum actionum. Et epistole diui Adriani et consuetudini Barchinone, loquenti: *de duobus vel pluribus in solidum se obligantibus*. Et omni ^{/48} alii iuri, rationi et consuetudini hiis obuiantibus quouis modo. Et, ut predicta omnia et singula maiori robore fulciantur, non vic nec dolo, sed sponte, iuro ego, dictus Bernardus de Marimundo, ^{/49} in animam meam, per Dominum Deum et eius sancta quatuor euangelia, manibus meis corporaliter tacta, ea omnia et singula attendere et complere, tenere et obseruare. Et in nullo contra facere ^{/50} vel venire, aliquo iure, causa vel, eciam, racione. Ad hec, ego, Petrus Juliol, aquisitor prefatus, laudans et approbans ac rarifficans et confirmans omnia et singula supra dicta acceptansque a vobis, ^{/51} dicto honorabili Bernardo de Marimundo, stabilimentum predictum, per vos, dicto procuratorio et actorio nomine, de manso iam dicto et aliis predictis omnibus et singulis michi factum, aliaque premissa omnia ^{/52} et singula et eisdem omnibus et singulis expresse consensiens, prout melius et plenius superius continetur. Gratis et ex certa sciencia, conuenio et bona fide promitto vobis, dictis nominibus ac, eciam, sponte, ^{/53} iuro in animam meam, per Dominum Deum et eius sancta quatuor euangelia, manibus meis corporaliter tacta, quod predicta, per vos, eodem nomine, michi stabilita, ego et mei meliorabimus et in aliquo non ^{/54} deteriorabimus. Quodque dabimus et soluemus ego et mei in predictis successores ac dare et soluere promitto vobis, dicto nomine, predictoque Bernardo Geraldo de Marimundo, filio vestro, et suis, in dicto castro sancti ^{/55} Marcialis successoribus, pro censu predictorum, que michi stabiliiuistis, et omnium melioramentorum inibi fiendorum, predictos triginta solidos, videlicet: in proxime venturo festo sancti Iohannis mensis iunii, ^{/56} quindecim solidos; et, in festo Nathalis Domini tunc proxime sequenti, alios quindecim solidos. Et, sic, deinde, anno quolibet, in dictis vel consimilibus terminis suie festis. Et quod alia predicta omnia et ^{/57} singula, que per me et meos attendenda sint et complenda ac tenenda et obseruanda, attendemus et complebimus ac tenebimus et obseruabimus ego et mei et in aliquo non contra faciemus vel veniemus, ^{/58} aliquo iure, causa vel, eciam, racione. Obligando, proinde, vobis, dicto nomine, dictoque, eciam, filio vestro et suis, ius emphiteoticum michi pertinens in predictis, per vos, dicto nomine, michi stabilitis, et omnia ^{/59} et singula alia bona mea, mobilia et inmobilia, vbique habita et habenda. Hec, igitur, que et prout dicta sunt supra, facio, paciscor, conuenio et promitto ^{/60} ego, dictus Bernardus de Marimundo, stabiliens dictis nominibus, ex vna parte; et ego, dictus Petrus Juliol, adquisitor prelibatus, ex parte altera, videlicet, vtraque pars nostrum a se dicta et ^{/61} promissa alteri, vicisim ac viceuersa, et notario, eciam, infrascrito, tanquam publice persone, pro nobis, dictis nominibus, et pro dicto, eciam, impubere et suis et pro aliis, inquam, personis omnibus, quarum ^{/62} interest et intererit, recipienti et paciscenti ac, eciam, legitime stipulanti. Volentes nos, dicti contrahentes, iam dictis nominibus, quod de huiusmodi nota fiant et fieri possint duo publica consimilia instrumenta, ^{/63} quorum vnum michi, dicto Bernardo de Marimundo, nomine iam dicto, et aliud michi, dicto Petro Juliol, adquisitori, tradantur per notarium infrascriptum.

Actum est hoc Barchinone, decima ^{/64} septima die octobris, anno a Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo.

S+num Bernardi de Marimundo, stabilientis. S+num Petri Juliol, adquirentis ^{/65} et acceptantis; predictorum, qui hec, dictis nominibus, laudamus, firmamus et iuramus.

^{/66} Testes huius rei sunt: honorabiles Petrus Buçot, minor dierum, ciuis, et Arnaldus Ferrarii, scriptor Barchinone.

^{/67} S+num Bernardi de Guimerano, veruessoris, vicarii Barchinone, Aqualate et Vallensis, Modiliani et Modilianensis, qui huiusmodi stabilimento, per dictum procuratorem et actorem, de con- ^{/68} sensu

nostro facto, ex parte domini regis et auctoritate officii, quo fungimur, auctoritatem nostram impendimus pariter et decretum apositum manu mei, Antonii Ioannis de Starramars, ¹⁶⁹ cuius Barchinone, regia auctoritate notarii publici per totam terram et dominationem serenissimi domini regis Aragonum. Et, pro eodem domino alterius ex regentibus scribanie curie vicarie Barchinone, ¹⁷⁰ in cuius posse dictus honorabilis vicarius/ hanc firmam fecit die XVIII^o septembris, anno a Natiuitate Domini millesimo CCCC^o LXV^o. Presentibus testibus discretis Michaelae Reig et Nicholao Dauall, notariis, [cuiibus] ¹⁷¹ Barchinone. Et, ideo, ego dictus notarius, hec propria manu scripsi et hic meum solitum apposui sig(*signe*)num. Cum litteris supra positis in penultima linea huiusmodi decreti, vbi dicitur: *vicarius*.

¹⁷² Sig(*signe*)num mei, Michaelis Franquesa, auctoritate regia notarii publici Barchinone. Qui, vice et loco discreti Iacobi Mas, conotarii mei, negociis occupati, tenentis scripturas scribanie venerabilis et discreti Bartholomei Agelli, quondam, ¹⁷³ connotarii mei atque sui, ex legato eiusdem, hoc instrumentum inter dictas scripturas sub predicto kalendario repertum, firmatum iuxta aprisiam ipsius et cursum dicti, quondam, notarii, notauit et in hanc publicam formam redigens, ¹⁷⁴ scribi feci, auctoritateque et licencia honorabilis vicarii Barchinone, clausi, die XXIII^a septembris anni Natiuitatis Domini millesimi CCCCⁱ LXⁱ quinti.

¹⁷⁵ Soluit pro salario presentis instrumenti ¹⁷⁶ michi, dicto notario, Petrus Marra, mercator ¹⁷⁷ (decem solidos) X solidos.

MANUSCRIT 15

1462, juny, 19

Joan Ferrer, de Sant Cugat del Vallès, nomena procurador especial, amb plens poders i facultats, en Francesc Fatjó, de «Les Passadores», veí de Sant Martí de Cerdanyola, del terme de Sant Marçal.

A. Original: APMCFCM, doc. 15. Pergamí, 195 × 330 mm.

Estat de conservació: deficient, amb petits forats i diversos plecs.

Not. dors.: Procura de Joan Farre á favor de Francisco Fatjo. N^o. 90.

¹ Nouerint vniuersi quod ego, Iohannes Ferrarii, habitator parr[oque sancti] Cucuphatis Vallensis, Barchinone diocesis, ex certa sciencia, constituo et ordino procuratorem meum certum et specialem vos, ² Ffrancischum Fetjo, de *les Pessadores*, habitatorem parroquie sancti Martini de Serdanyola, termini de *sant Marçal*, dicte diocesis, hiis presentem, ad petendum, exigendum, ³ recipiendum, recuperandum et habendum, pro me ac nomine meo, omnes et singulas peccunie quantitates, res, bona, debita, credita, mutua, deposita, comandas necnon et quauis ⁴ alia iura, que michi debeantur et debebuntur, detineantur et detinebuntur michi et seu eciam in futurum, per quasuis personas vbique locorum habitantes, quibusuis racionibus, ⁵ iuribus, titulis siue causis. Et omnia eciam instrumenta et scripturas, tam, scilicet, autenticas quam priuatas, pro predictis facienda et facientes, in posse quoruncunque notariorum ⁶ et personarum sint seu existant. Et, de hiis, que tantummodo recepta, apochas, fines, cessiones et albarana, nomine meo et pro me faciendum, pro predictis ⁷ et eorum occasione, si opus fuerit, coram quibuscunque curiis, [iudicibus] et personis, [tam], scilicet, ecclesiasticis quam secularibus, comparendum de iureque meo docendum iusque super ⁸ bonis meis firmandum eaque proinde obligandum, litteras et prouisiones quasunque impetrandum easque presentandum, protestandum queque requirendum et mouendum et protestatis, ⁹ requisitis et monitis ex aduerso respondendum et replicandum ac vltra. Et, inde, fieri faciendum et recipiendum publicum instrumentum seu eciam publica instrumenta, ¹⁰ emparas, sequestraciones ac alias oposiciones faciendum et cancellandum siue cancellari et annullari consencendum.

Et, demum ac generaliter, omnia alia facien- /¹¹ dum et liberaliter exercendum in et super predictis et circa ea, pro me ac nomine meo, quecunque ad hec vtilia fuerint et necessaria ac eciam oportuna et quod /¹² in eis fieri requirantur eciam, si talia fuerint que, de iure vel de facto aut alias, mandatum exigent speciale, queque eciam ego facere possem, personaliter consti- /¹³ tutus. Ego, enim, trado et committo vobis, dicto [procura]tori meo, in et super predictis omnibus et singulis, plenarie vices meas cum plenissima facultate, /¹⁴ promittens vobis, dicto procuratori meo, necnon [et notario] eciam infrascripto, tanquam publice persone, pro vobis ac pro aliis eciam personis omnibus, quarum intersit /¹⁵ legitime stipulanti, [me] semper habere ratum et [gratum quicq]uid per vos, dictum procuratorem meum, in et super predictis et circa ea, pro me ac nomine meo, /¹⁶ procuratum et actum fuerit siue gestum et [orum meorum omnium] obligacione.

Actum est hoc Barchinone, nonadecima /¹⁷ die iunii, anno a Natiuitate Domini millesimo [quadringentesimo sexagesi]mo secundo.

S+num Iohannis Ferrarii predicti, qui hec laudo et firmo.

/¹⁸ Testes huius rei sunt: venerabiles [Guilelmus Pon]s Gem, mercator ciuis Barchinone, et Bartholomeus Albiol, mercator conmorans eo tunch cum /¹⁹ dicto Guilelmo Pons Gem.

/²⁰ Sig(*signe*)num Petri Pons Gem, auctoritate regia notarii publici [Barchinone, qui hec scribi fecit] et clausit

MANUSCRIT 16

1463, novembre, 7

Fra Marc de Vilalba, administrador de l'Almoina del monestir de Sant Cugat del Vallès, confirma a Francesc Calvet, de Sant Martí de Cerdanyola, l'establiment del mas anomenat «Febrers», derruït i abandonat, situat en dita parroquia, prop de la riera de Riu Major. Aquest mas és alou de dita Almoina i li paga un cens anual de quatre sous, sis diners, trenta ous i un parell de capons acceptables. Aquest document es fa en lloc del que Francesc Calvet assegura que ha perdut. La signatura de Fra Marc de Vilalba és autògrafa.

A. Original: APMCFCM, doc. 16. Pergami, 330 × 400 mm.

Estat de conservació: deficient, diversos forats i un estrip important al cantó superior esquerre.

Not. dors.: Precari de Fr. Martí (sic!) de Vilalba á favor de Francesc Calvet del mas Fabrer á 7 de novembre de 1463. N^o. 59.

/¹ Nouerint vniuersi quod ego, frater Marchus de Vilalba, monachus monesterii sancti Cucuphatis Vallensis, ordinis sancti Benedicti, Barchinonensis diocesis, ac admi- /² nistrator Elemosine et cause pie ipsius monasterii. Gratis ex certa scientia, per me et omnes meos in dicta administracione successores, laudo, approbo, rat- /³ tifico et confirmo ac de nouo stabilio vobis, Ffrancescho Caluet, maiori dierum, parrochie sancti Martini de Serdenyola, termini castris sancti Mar- /⁴ tialis vobis et vestris et quos volueritis, perpetuo, vobis, tamen, et vestris consimilibus, totum illum mansum, vocatum *mas Febrer*, dirrutum et dese- /⁵ [rtum in] dicta [parrochia] et termino, in loco vocato "S[acs]", prope riariam de Riuo Maioris, cum omnibus suis honoribus et possessionibus, tam in montibus /⁶ tam prope quam longe, ipso manso pertinentibus, et cum arboribus diuersorum generum et cum introitibus et exitibus, iuribus et pertinentiis suis. Que /⁷ alodio dicte Esemosine et mei, ipsius nomine, cum firma, ffaticha triginta dierum et recto terci[o]. Et terminatur: ab oriente, /⁸ cum honore m[ansi] Fetgo *de ses Passedores*, prout est affexoriatum. A meridie, cum dicta riarie de Riuo Maiori. Ab occidente, partim, cum honore dicti /⁹ mansi Fetgo, et, partim, cum honore Gabrieli Parellades, mansi Frigols. Et, a circio, cum

